



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

De Rusia siue Ruthenia, & recentibus Rusianorum moribus. Cap. Sextum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

ream & septentrionem Rusiam attingit: alluit ad meridiem Istro, circa quem quicquid vagarum gentiū occupat perpetua illas hyems, triste cœlū premit Maligne olim solum sterile sustentabat imbrem culmo aut fronde defendebant. In cœlo super durata glacie stagno psultabant in alimentū feras captabant, nulla illis domicilia, nullæq; sedes erant, nisi quas lassitudo in diem posuerat. vilis & his quærendus erat victus, q; horrenda iniquitas cœli, intacta capita.

V: lachie q
tuor latera

Gentes Istri
accolentes

De Rusia siue Ruthenia, & recentibus Rusia:
norum moribus. Cap. Sextum.

Russia, quæ etiam Ruthenia dicitur & Podolia, tripartito nominatur. Alba, superior, & inferior, pars Sarmatiæ Poloniæ prætenta, Peucefluuiio ad septentrionem includit, ad orientem solem Moscus. occidua illi Livonia atq; Prussia extreme Germaniæ partes: patent hodie Ruthenorum siue Rhoxolanorū (nam & hoc nomine appellant) fines octo dierum itinere, a Tanai ad septentrionalem oceanū, habetq; id spaciū nonaginta & amplius dierum iter, rursus a Germanico oceano, quem Balteum vocant, ad mare Caspiū. Regio adeo fertilissima est, vt agro rude culto frumentoq; insperfo, tribus perpetuis annis fructū ferat: nec opus est agrū quotannis inuertere, sed inter merendū segete leniter excussa alia in sequentem annū sua sponte crescit. Gramen adeo procerū pducit, vt particā transcendat: vnde ibi apum tanta copia, vt mella nedū in aluearijs, aut arboribus, verū in rupiū & terre cauernis reponant. Optimus medo, & hi grandes cærarū orbes, quæ ad nos vsq; aduehant ibi fiunt. Non inspiciant piscinæ & stagna Russorū, sed vt aiunt, pisces ex cœli influentia succrescunt. Sal quoddā in lacu Katzibeio vocato siccis t'pibus colligitur, pro quo genti cum Tartaris crebra bella. Mirū est quod dicit in solo Chelmenli defectos pini arboris ramos truncosue duos aut tres annos super terrā iacentes in saxa indurari. Est ibi optimæ cretæ copia. versus Tanaim & Meotim calamo aromatico & reupontico abundat, pluribusq; herbis & radicibus alijs, alibi nō visis. Vrbs regia Moscouia est, ad Moscū amnem sita, quatuordecim miliū passuū circuitu. Nullus hic signati argenti vsus, Lapis est in medio foro quadrata forma, quem si quis ascendit, nec inde vi deturbari possit, principatū vrbs obtinet, ingens de ascensu loci & deiectu dimicatio inter indigenas, sæpiusq; ob eam rem pugnatū inter ciues: Gens adeo validissima est, q; superiori anno quodā bellico tumultu in Regis castris centū viginti milia equitum recensa sint, quorum singuli ordinem ducerent. Arcu in bello vtuntur, quod gentile & vetus est illis. est & lancea, in vsu duodenum pedum: cataphratti equites: supra hamatam loriam ferreum thoracem induunt: vmbilicis speculorum modo prominentibus: galerum gestant pro casside, in conum fastigiatū: equite libentius vtuntur in bello q; pedite: pedites alijs scorpione vtuntur (balistam Itali vocant) alijs plumbeas pilas sulphureo puluere ex æneis excutiunt machinis Teutonico more. Inuisum genti Regium nomen: iccirco ducis appellationem libentius vsurpant: qui ibi rerum potiuntur, vt magis popularem, dux dicitur:

Russie fines.

Terra oim
fertilissima.

Apū copia

Optim^o me
do cærarum
orbes
Sal in lacu
nascit
Mirabile

Calam^o ar
omaticus in
Russia

Signati argē
ti null^o vsus.

Russianorū
potentia.

Bellica Rus
sianorū armā

Regium no
men Rushe
nis in.

De omnium gentium ritibus.

Qui in totam gentem Imperium obtinet, huic pileus paulo elatior quam ceteris proceribus, cetero nihil ab alijs differens: omnis color in usu, praeter nigrum, Vestitus Rusianorum Viri foeminaeque lineo amictum induunt, coque tenuissimo, & ad crura demisso, auro circa collum rubentive serico excolunt id amictum, laxior vestis, ac nihil fere a Graecis differens, qualem Turcae quoque & totus septentrio usurpat: manique tantum laxiores Ruthenis, auroque simbriate a pectore & humeris: Lustrina pellis ambit exterius vestem: sola vxor luget virum, obducto capite albo linteo, & ad vinas deiecto, quibus fortuna amplior est, quadragesimo die a funere conuiuant in defuncti memoriam, quorum res angustior est: quin quies hoc temporis interuallo solenni modo epulantur, obseruant dies obitus, quem anniuersarijs quoque celebrant epulis, quod ex ea stirpe superest aliquis, custodiunt nomina defunctorum monumentis literarum, ut sciri possit, quo cuique die parentandum sit, planctu & lamentatione funus educunt. Patrij moris est mulieres gemmas & vniones ex auribus suspendere, decorum & maribus, sed adhuc pueris: quae iterum nupserit, satis castam ducunt, auersant ut impudicam tercio nubentem, par in maribus offensa. Puellae a tergo capillum promittunt, ceterum matrimonio locatae sedulo abscondunt. Viri supra aures tondentur, datur probro huic sexui omnis capillorum cultus. Gens vniuersa in venerem prona, ac bibacissima: hoc laudis loco ponunt, alterum licere arbitrantur, modo id fieri contingat citra omnem connubij offensam: foenerant vulgo, nec fraudi est cuique ne sacerdotibus quidem. Pars multo maxima Rusianorum seruitutem seruiunt, nec inuiti, multi quidem & in his nobiles etiam se coniugem & liberos venditant: aut quia sic maiore otio fruuntur aut quod maiore voluptate. Antistites sacrorum Graecanico ritu nigro amictum pallio: horum primores albo, ferunt hi bullam ad pectus suspensam, & tabulam praecipis diuinae legis inscriptam: minores sacerdotes & ipsi Graece vestiuntur: sacrae virgines, quod vnum genus in ea gente est, ex Antonij abbatis instituto nigra stola amictum. Est & suus sermo genti, Scythicus vero, an alius parum compertum habeo. Sunt & literae non multum a Graecarum figura abhorrentes. Musicen & Grammaticen discunt vtrunque Graece, ceteras artes vulgo aspernantur: de summa fidei cum Graecis sentiunt: par in cultu caerimonia, & in coelites veneratio. Iudicia exercent duodecim numero viri, vnus aliquis e collegio cognoscit causam, crimenue, cognitum ad collegas defert, interdum & ad Regem: Si res maioris est ponderis, quam ut pro collegio vindicari possit, si reus nequeat conuinci, parumue liqueat factum, cum accusatore cogitur de vita dimicare: atque ita victor duplici pecunia donatur, qualis fuerit aestimata. agrorum cultum oppido exercent, equis arant, ager feracissimus praeterquam vini, Ceruisiam potum ex millio, hordeo, atque humulo decoctum potant, & quem fere totus septentrio, Ex canapi, papauere, & nucibus oleum conficiunt: oliuam non fert Rusiana Regio: neque ex ea arbore liquor aliunde inuehitur. Varia alit animalium genera, & his praeracque pellium aestimatione nobilia, parum alioqui a veteribus celebrata: piscium ingens copia, & in his Seldis nobilissimus, ex Parellausco lacu, per quem similis est, qui in Be

Vestitus Rusianorum

Lustrina funebris.

Parentalia Rusianis in usu.

In aures mulieres Ruthenorum gestant

Capillorum cultus probro datur

Rutheni vtriusque plurimum seruiunt

Sacerdotum habitus

Sermo

Musica & grammatica in discunt.

Causa dubia monomachi a probat

Ceruisia totius septentris potus. Oleum ex seminibus & nucibus Animalia Seldis piscis

haco capiuntur: factis in Ruthenia illustres septem, flumina insignia nouem
Et in his quem Borysthenem esse suspicari libet, ob ea que de ipsius magni-
tudine & natura prædicant.

De Lithuania & Lithuanorum vita. Cap. Septimum.

Lithuania est Polonię ad ortum connexa noningentorum milliũ passuũ
circuitu, magna sui parte palustris plurimumq; nemorosa: & ob eam
rem difficilis aditu: ac quodammodo inaccessa equis, palustribus cun-
cta obrinentibus: hyeme cõmercia cum Lithuanis habiliora paludibus &
stagnis alta glacie concretis niueq; superinfusa fiunt omnia mercatoribus
peruia: quo fit, vt velut alto mari, quando nulla sit orta via aut semita, sydera
signent iter. Rara in Lithuania oppida, villarum incolatus infrequens: Acco-
larum diuitiæ pecora pellesq; multigenum ferarum, vt Zobelling sunt, atq;
Harmeling: quibus regio insigniter scater: cærę ac mellis abundans: vsus pe-
cunię genti nullus: inter se matronę palam concubinos habent virorum per-
missu, quos connubiũ vocant adiutores, contra pellicatus viris probro datur
soluuntur facile matrimonia mutuo consensu, & iterum atq; iterum nubunt
adeo gens vna cæteris mortalibus diuerso viuit ritu, vt non absurdũ sit illud
Aristippi, Honestũ non natura, sed consuetudine constare. Vini rarissimus
vsus: panis nigricans non cribratus: armenta victum præbent, multo lacte
vtentibus. Sermo gentis vt Polonis, Sclauonicus: hic enim sermo q̄latissime
patet, ac plurimis quidem gentibus cõmunis est: ex quibus quædã Rhoma-
næ ritum ecclesię sequuntur, vt Poloni sunt, Dalmatæ, Croati, Carniq;. Aliæ
Græco ritu sacra peragunt, vt Bulgari, Rutheni, & ex Lithuanis plæricq;. Nõ
nullę ab his diuersę obeunt proprias hæreses habentes, vt Boemi sunt, Mora-
ui & Bosnienfes. Hussitarum quædam obseruant delirium: pars multo maxi-
ma Manicẽ: quædam adhuc etiã gentili cæcitate tenentur, idola colunt,
quemadmodum multi ex Lithuanis. Hieronymus Pragensis, qui Eugenij
quarti pontificatu in ea terra euangeliũ prædicauit, quicq; gentis illius ritus
& mores ad id tempus minus notos nostris hominibus demonstrauit, dice-
bat Lithuanorũ quosdam, ad quos primũ peruenisset domesticam serpen-
tes habuisse: quibus per se quisq; vt dijs penatibus sacrificabant, cæterũ te-
nuisse se, vt præter vnũ, qui cremari nõ potuit, a suis cultoribus interficerent:
alij ignem colunt, captantq; ex eo auguria. Solem nõnulli mallei ferrei specie
immãni magnitudine, propriũ ducem habent, quem Magnũ vocant: p̄sæpe
m̄ regi Polonorũ subditi. Caput regionis Vilna est. Episcopalis ciuitas tantę
magnitudinis est quantę Cracouia cũ suburbijis omnibus, domus contiguae
in ea nõ sunt, sed veluti in rure horti intermediãt, & pomaria. Duo fortissima
castra habet, vnũ in monte sitũ, inferius in plano alterũ. distat hæc ciuitas a
Cracouia. CXX. miliaribus. Tartari quidã circa Vilnã in assignatis pagis ha-
bitant, qui agros nõ more colentes laborant & merces vehunt, Tartarica lin-
gua loquunt, Mahometũ & sectã Sarracenorũ profitentur.

Lithuania tota
ta palustris:

Regio hyeme tantũ ac-
cedenda.

Diuitie Lithuanorũ ferarũ
pelles
Pecunię nullus vsus

Ceruisia potus & medo
duplex spissus & tenuis
q̄ se vt plurimũ gens illa
nõ ad vomitũ solũ, sed
ad discretionis amissionẽ
replere solet

Serpentes domesticam
venerati

Sol sub mallei specie vene-
neratus